

Die Eroberung Troias

Kapitel 5: Die Griechen erobern Troia, und Aeneas begibt sich auf die Flucht

Fortsetzung von Kapitel 4: Das trojanische Pferd

Noctu viri Graeci, qui se in equum ligneum abdiderant, ex eo descenderunt et egerunt, ut Ulixes suaserat: Portas urbis Troiae aperuerunt militibus, qui in sinu maris initium impetus expectaverant, ut illi urbem occupare et delere possent. Mox magna turba virorum Graecorum urbem invasit, domos incendit, incolas interfecit.

sē abdere, abdō, abdidī, abditum: sich verstecken

aperīre, aperiō, aperuī, apertum: öffnen

sinus, sinūs, m: der Bogen, die Bucht

incendere, incendō, incendī, incēsum: anzünden

incola, incolae, **m**: der Einwohner

Ut primum Aeneas intellexit rem Troianam perditam esse, decrevit cum Ascanio filio parvo, Creusa uxore, patre Anchiso ex urbe Troia fugere.

Pater Anchises autem recusabat cum filio ex urbe exire. Subito flammae divinitus supra caput senis visae sunt, ut ille tandem dubitare desisteret et declararet se paratum esse ad fugam.

resusare: sich weigern

dīvīnitus (Adverb): durch göttliche Fügung

Omnes Troiani tunc ad litus properabant. Quia pater currere non poterat, Aeneas eum umeris ferebat filium parvum secum trahens. Aeneas, cum in via uxorem amisisset, valde doluit et salute paene desperavit.

umerus, umerī, m.: die Schulter

āmittere, āmittō, āmīsī, āmissum: verlieren



Aeneas trägt seinen Vater Anchises aus dem brennenden Troia. Relief am Winterpalais des Prinzen Eugen in Wien (1. Bezirk, Himmelpfortgasse). Weitere Informationen bei [Wien Geschichte Wiki](#) und bei der [Wikipedia](#). Geschaffen wurde dieses Relief von dem Barock-Künstler Lorenzo Mattielli.

Subito autem umbram uxoris aspexit, quae ei persuasit, ne cessaret:

"Opto, ut filium nostrum et patrem tuum serves et in novas sedes ducas! Num vis gentem Troianam interire?"



Cum illis comitibus, quibus contigerat ad litus pervenire, Aeneas naves struxit, ut patriam novam peterent.

umbra, umbrae, f.: der Schatten

cessāre, cessō, cessāvī, cessātum: zögern

interīre, intereo, interī, interitum: untergehen

contingit, contigit: es gelingt

Das HTML-Dokument enthält Links zu interaktiven Übungen.

URL des HTML-Dokuments: <http://www.schule-bw.de/faecher-und-schularten/sprachen-und-literatur/latein/texte-und-medien/uebungstexte-aeneas/eroberung-troias.html>